

S. ADELBERTVS I. ARCHIEPISCPVS MAGDEBVRGENSIS.



**S** Adelbertus multis uirtutibus & omni gene  
reliterarum insignis extitit, atq; Coloniæ in  
templo S. Maximini Euāgelium prædicauit. Eius  
tempore Otto Magnus Imperator Archiepisco-  
palem Ecclesiam Magdeburgi constituerat, atq;  
sex finitimos Episcopatus ei subiecerat. In eo loco  
hunc Adeldertum primum præfulem constituit,  
atq; eū multis priuilegijs & immunitatibus exor-  
nauit, anno 950. Itaq; S. Adelbertus suam Ecclesiā  
magna diligentia administrauit, atq; uicinos Van-  
dalos ad ueram religionē uerbo & exemplo pelle-  
xit. Hoc modo magna dexteritate in eo loco diu  
prefuit, ac sua eruditione & uitę innocentia ubiq;  
conspicuus extitit. Tandem fato functus magnum apud omnes sui desideri-  
um reliquit. Crantz, in Sax, lib. 4, cap. 16,